

DE VISITATIONE. MVLXII

Fo. XLVII.

contemnunt. Illos etiam si sciant, qui indictum leitum negligunt. Hæc omnia dum Episcopus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cæteros vero omnes, nobiles & ignobiles, per bannum Christianitatis constringat, vt supradictas res minime cælent, ac si in die iudicij ante tribunal domini nostri Iesu Christi rei occultatione præfatarum rerum nephandarum inueniantur. Hoc enim indicet & per bannum contestetur, vt nemo per vllijs timorem aut fauorem vel etiam amicitiam, præfata reticeat, veraciter scita. Neque per odium, neque per inimicitiam vllam quicquam alicui irroget, quod veraciter non possit probare. Horum aliqua si antea in præsentia Episcopi allata es- sent, eiusq; iudicio terminata, & postea iterata, comperta fuerint, veluti in initio referantur, & episcopal decreto constituantur.

Abusus in synodorum Archidiaconalium ac rura-
lium obseruatione. Cap. XXII.

Ræscripta quidem formula, quam antiquitatis causa retulimus, suc-
cessu temporis in abusum, quod negare nō possumus, deducta est,
quod non fidelissimi quicq; sed leues delatores, non qui veraciter sciant,
aut serio audiuerint, idq; a probatis, neque uno tantum, sed pluribus,
hisq; fide dignis, minimeq; malevolis, sed frequentius absque omni de-
lectu vel leues ac futilis vel inuidi vel rapaces, calumniatores, delationi
comperiantur asciti. Quodq; pro manifestis criminibus non canonicæ
penitentiæ, sed pecuniaræ potissimum multæ a delinquentibus fuerint
exactæ, permisis interim delinquentibus haud præter graue populi
offendiculum, in publica scelerum infamia perseverare.

Inter visitandum abusus corrigendi. Cap. XXIII.

Q Væ omnia magna correctione indigent, quam volente ac adiu-
ante deo, inter visitandum adhibebimus, nimirum curaturi, vt
viris exploratæ virtutis tantum hoc officij delegetur.

Procurationem, suo officio recte fungentibus
pendi, æquum esse. Cap. XXIV.

K His au-